Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26449
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tum est impleta. Quam inlis (?) seta es nimis, errans
uias. Non ideo hec tibi scribo ut de te suspicer tali
a, sed ut plenius et lucide scias qualis compunccio esse
debet. Ammonicio de oracione et modo orandi.

Et quia tibi manifesta est,
compunccionis uirtus, restat, ut modus oran
di pandatur. Cum rogaret christus a discipulis suis ut
eos doceret orare, dixit. Cum statis ad orandum di
nolite multum loqui, sed dicite. Pater noster qui es in celis
et cetera. Oracio enim breuis esse debet, nisi forte diuine
gracie ex affectu protendatur. De beato enim arsenio in
uita patrum legitur, quia uespere sabbati lucescente
in dominica relinquebat post se solem, extensis mani
bus ad celum orans donec mane die dominico ascen
dens sol illustraret faciem eius, et sic residebat
Videat igitur o carissima mater caritas tua, quam fortis
fuerit uir in oracionis officio, qui de uespere usque ma
ne extensis manibus orabat. Neque ideo hoc tibi scrip
si, ut tu ita facere temptes, sed ut affectum et studium
quod ille per totam noctem, vel eciam per totum tempus
habebat, tu in regularibus horis habere studeas,
et stes in oracione, ut mens tua concordet uoci tue. Au
diat igitur dileccio tua adhuc uerbum de modo oran
di. Narrauit abbas dulos qui fuit discipulus ab
batis bissarionis dicens. Veni aliquando in cellam
abbatis mei, et inueni eum stantem ad oracionem et
manus eius extente erant ad celum. Permansit
autem faciens iugiter quatuor dies, et post hec
vocauit me dicens. Sequere me. Exeuntes perexi